Idem eidem obligat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Nobilis Iwan Baczynski Toxiniec Sanus mente et Corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusdem propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice ac perexpresse recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta Videlicet Niwe zagrodem in sorte Schnatowicz dicta inter metas Hryniowicz ab vna et Schnatowicz parte ab altera incipiendo à Villa Baczyna et sese tendens ad fluuium dictum Dniestr in bonis Villa Baczyna Terra vero et Districtu praesenti Premisliensi iacen et Consisten cum omni plenissimo Iure Dominio proprietate titeloq obligatorio omnibusq et singulis eiusdem Iuribus et honore Vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus commodis emolumentis obuentionibus attinentijsq et pertinentijs generaliter Vniuersis nihil ex praemissis Iurisdominij proprietatis ac cuiusuis Competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente Suisq Successoribus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumq Concernebant ac eadem legitime Seruiebant Iam ex nunc et de facto Nobili Theodoro Baczynski Kollowicz et ipsius Successoribus in Summa Triginta duarum florenorum polonicalium hinc et ab actu praesenti ad Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Venturum incidens et in defectu praemissorum bonorum eorundem exemptionis Summamq supraescriptam Triginta duarum florenorum polon totalis et integrae et realis persolutionis extunc ad aliud Simile Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli post vnum Annum proxime tunc Venturum incidens et sic Consequenter de Anno ad Annum Festo ad Festum Annis et Festis sese Continue et immediate sequentibus Vsq ad exemptionem

bonorum

tionem eandem Summae Suprascriptae totalis et integrae realem et effecti
vam persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit prout obli
gat inscribit et invadiat per praesentes. In qua quidem bona
Suprascripta praesentibus obligata praemissaque omnia per praesen
tes invadiata eidem Suprascripto Reccognoscens praefato Obligata
rio Suo et eius posteris Coram Actis praesentibus dat et admittit realem
Intromissionem et ad eandem quamcunque possessionem per Mini
sterialem quemcunque Competentem et Nobiles duos dicti quaecunque
Voluerit assumptos acceptandam. Per ipsum Nobilem Theodorum
Baczynski Kotlowicz Obligatarium Suum Sueque posteris Supra
scripta bona praesentibus obligata praemissaque omnia per praesentes
invadiata Cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus Com
petentiaque et Spectantia quovis tenendi habendi et possidendi alli
quiete et pacifice Utifruendi ac ad Suos Suorumque Successorum
quosvis beneplacitos Usufructus libere et effectualiter Convertendi
modo ac iure obligatorio. Debebit et tenebitur memoratus Reccognoscens
Nobilis Iwan Baczynski Parypiec prout se ac Suos Successores
in et super bonis Suis generaliter omnibus Summisque pecuniarijs qui
buscunque habitis et habendis Suprascripto Nobili Theodoro Ba
czynski Kotlowicz Obligatario Suo et ipsiusque posteris inscribit et
obligat praesentibus ipsum et eiusque Successores in dictis bonis prae
sentibus obligatis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis
impetitione Vindica quacunque personarum Cuiuscunque Condi
tionis Status et Sexus Cuiusvis existentium excusanda in omni Iu
dicio et officio Regni Semper toties quoties opus fuerit tueri de
fendere evincere intercedere et eliberare indemnemque cum bonis
reddere nec non hac eadem bona praesentibus obligata praemissaque omnia
per praesentes invadiata ab omnibus in genere Summis et Inscriptio
nibus prioribus et posterioribus Super eadem bona obligata Cuius
vis personarum modo quocunque factis et faciendis tum etiam aqui
buscunque Creditoribus in eadem bona importandis et importandis Licentiis
denique et Persuasis Processibus Iuris quibusvis in quocunque puncto
et gradu

graduo Juris dependent et in quorum Judicio et officio Regni obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus obligato modo quo vis perdurare et producendis evincendare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus obligatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos efficere requiret non denegare uti debebit et tenebit eandem libere dare et effectualiter admittere. Dataque et admissa eadem Possessione et eum Intromissionem omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere ipsumque Obligatarium suum et eius posteros in praemissis omnibus nullo modo inquietari uti et eadem bona praesentibus obligata praemissaque omnia per praesentes vinadrata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et [illegible] quacunque iidem Obligatarius suus et eius posteri quiete et pacifice praesentis inscriptionis obligationis vigore tenere habere et possidere queat illisque uti frui possit usque ad exemptionem bonorum eorundem summaque supra praescriptae totalem et integram persolutionem. Atque sub vadio similis summae triginta duorum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Iwan Baczynski Poxiniec suosque successores praedicto Nobili Theodoro Baczynski Kotlowiez aut eius posteris ob non complenationem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua Principali ex praemissis non completa complenda praefatus memoratus Recognoscens Nobilis Iwan Baczynski Poxiniec aut eius successores ad instantiam suprascripti Nobilis Theodori Baczynski Kotlowiez aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense sectione recessu supradicto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere vadium praetactam luere Inscriptionis praesentis

præsenti satis facere ac omnia iudicatum pati debebit et tenebitur. Seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsen[tibus] eundem terminum primum peremptorium iri et alios omnes exinde consequentes. Causæ eiusdem Ccrtuminei Senior peremptorios vero usu... merate pro maiori minorennitate Successionum legatione ultra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad dilectorem vel alys quibus[que] dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quæstionem præterea vero [?] Officii præfati Castrensis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac præmissa omnia [?] simplicati vel implicati evasionibus suspensionibus fatalys Iuris [?] scriptione terrestri bello conventionemque ac alys omnibus Iuris remedys et defensys non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Itaque sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia meante.

Terlecka Petryłowiczowi Terleckiemu obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Marianna Terlecka olim Nobilis Alexandri Terlecki Petrycalec Consors relicta Vidua. Sana mente et Corpore existens à Iure Districtibus Iuribus ac Iurisdictionibusque Suis quibusvis proprys et Competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque sub[mittendo] faciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa bona sua propria et hæreditaria infrascripta Vole... ... dictam in bonis Villæ Rosochy à meta So... Volowska sese incipien in Terra et Districtu præsen[ti] Premislien[si] iacen et consisten cum omni præmissorum Iure dominio proprietate tituloque obligatorio cumque omnibus et singulis eorundem bonorum Utilitatibus fructibus proventibus reditibus Commoditatibus emolumentis obventionibus